



*Nr. 20.*

DE  
**OPTIMA METHODO**  
LINGVAS IN PRIMIS SANCTAM  
**DISCENDI**

---

COMMENTATIO ACADEMICA

AD AVDITORES

AVCTORE


M. GODOFREDO PROFE

FRANCOFVRTANO

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINI

IN REGIA FRIDERICIANA

ADIVNCTO.



af.

---

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,  
LITTERIS HENDELIANIS.

OPTIMA METHODO  
LINGAVS IN PRACTICA SINGULATAM  
DISCITUR  
COMPARATIO AD DIDACTICAM  
AD AVANTURIA  
AD AVANTURIA  
METHODO PRIMA  
OMNIA VERSA  
IN PRACTICA SINGULATAM  
AVANTURIA  
AVANTURIA



ALAKI  
SINGULATAM  
PRACTICAM



### S Y N O P S I S.

- Studium linguarum utilissimum est. §. 1.  
Moles tñz cum eo coniuncta a quibusdam frustra medicina paratur. §. 2.  
Duplex linguas discendi ratio. §. 3.  
Commoda linguas per usum discendi. §. 4.  
Incommoda hujus methodi. §. 5.  
Difficultas studii grammatici. §. 6.  
Idem tamen commendatione non destituitur. §. 7.  
Affectiones linguae sanctæ. §. 8.
- Harum enarratio continuatur. §. 9.  
Consilium huic lingue operam nsvandi quale esse debeat? §. 10.  
Ordo eam discendi qualis? §. 11.  
Studium grammaticæ Ebrææ commendatur. §. 12.  
Lectio sacri codicis præsertim cursoria quomodo instituenda. §. 13.  
Alia circa eandem monita. §. 14.  
Lectio sacri textus accurata non negligenda. §. 15.  
Conclusio. §. 16.

### §. I.



Tsi linguarum notitia non ipsam veri Studium bonique scientiam comprehendat, linguarum neque ille, qui cogitationes suas variis variarum linguarum verbis exprimendi, vel res saltem diuersorum populorum terminis significatas intelligendi habitu gaudet, inter eruditos ideo locum mereatur; a) eam ta-

A 2

men

a) Linguarum multarum ostentatione admirabundos quidem aliorum

men utilissimam esse, atque necessariam, si is, qui præsens est, rerum, doctrinæque status rite considereretur, affirmare nemo dubitabit. b) Non quævis tellus omnia gignit; neque a patræ

rum oculos in nos convertere, nostrumque animum miserè inflare solemus; Verum, qui rite rem penitit, infelicitates potius ex tanta linguarum varietate generi humano obortas deplorabit; quam ut gloriolam hinc capi posse sibi persuadeat. Grauter fatus hac dñe pronuntiat meritissimus Theologus A. H. FRANCIVS  
In den propædeuticis, darinnen Studiosi Theologia Sprachen lernen sollen sie nicht gedencfen, daß sie um deswillen schön Theologi sind, wenn sie Griechisch und Ebräisch verstehen; sondern sollen vielmehr auch ihre Sprachen Collegia zu eien höhern Nutzen führen. Lect. Paracet. Tom. II. pag. 325. Hinc MORHORFF. Polybistor. Libr. II. Cap. IX. Linguas SCIENTIARVM VEHICVLÀ appellat, & SENECA Epist. 88. scribit: *Sapientia non est in litteris: res tradit, non verba; & nestio a certior memoria sit, que nullum extra se subfundit haber.*

b) Merito dissentimus in eo a SENECA quantum enim commodum humana mentis facultas res distincte representandi ex vsu verborum nanciscatur, vel inde pater, quod sine illis neque vniuersales ideae neque ratiocinia rite formari, & cum aliis communiciari possunt. Quam multa sunt ad sapientiam ex monumentis historiae, & viva aliorum traditione petenda? Adeo sapientia externis signis carere nequit: vt quantum ad virtutem conductit ipsa doctrina, tantundem ad doctrinam cognitio loquela faciat. Cum autem horum signorum ab antiquissimis inde temporibus tanta sit diuersitas, vt unus homo quidem omnium cognitionem adsequi nequeat. Eo saltim entendum est, vt vtilissimas dialegtos nobis cognitis reddamus. Wie viel Sprachen heut zu Tage in der Welt sind, ist nicht auszumachen; doch sind ihrer umstreitig mehr, als daß sie ein Mensch alle sollte lernen können. Es sind auch die wenigsten nothig. Wer außer seiner Mutter-Sprache, Lateinisch, Griechisch, Hebräisch,

triae nostræ terminis omnes sapientiæ thesauri concluduntur. Exterarum gentium quoque laboribus utendum, veterumque monumenta euoluenda sunt, quia rerum tum humanarum, tum diuinarum cognitio amplior longe, quam, vt vniuersa ætas ad eam ementieandam sufficere possit. Verum nemini hos scientiarum fontes adire licet, nisi linguarum tum antiquarum, tum hodiernarum peritia satis instructus sit. Hanc quidem non sine sudore, & singulari temporis impendio comparari posse res ipsa loquitur: opere ramen bac in re pretium esse illi solum negant, qui vel veteres spurnunt, & recentiores tantum legunt, c) vel patriæ ciuiumque amore fascinati peregrina auersantur, d) vel denique tum antiqua

bräisch, und Französisch versteht der kan Sprachen gnug.  
Ob ich ihn wol darum nicht tadeln wil, wenn er auch noch andere dabey gelernt hat. STOLLE in Histor. der Gelahrtheit p. m. 80.

- c) Cui illud oppositum est monitum quod GROTIUS, NICOLAO HEINSIO iter literarium facienti Parisiis dedisse commeratur. Cum enim hic GROTIUS & PEIRESCIVS in horto conueniret, & cur adesset? interrogatus respondidit, se nihil in voris habere aliud, quam edoceri, qua ratione æque doctus, evadere posset, ac utrumque ipsum esset, PEIRESCIVS subridens GROTIO, responsionis provinciam remisit, qui LÉGE VETERES, inchoauit, SPERNE RECENTIORES, ET ERIS NOSTER.
- d) Hunc populorum genium facete describit Mr. de NEVILLE: *Chaque peuple est porté de préjugé, & d'inclination à suivre uniquement sa langue maternelle, & il en tient l'acquisition préférable à toute autre nouveauté. Témoins les Turcs, qui soutiennent, qu'il n'y a que leur seule langue, qui soit de bon usage en ce monde, qu'en Paradis on parlera Arabe, & que le jargon de Persans leurs mortels ennemis est réservé pour l'enfer. Témoin encore cet Espagnol, qui affuroit, que sa langue étoit tellement propre pour le commandement,*

## VI

scripta, tum aliena vernaculae linguae idiomate donata & que  
commodè legi, & intelligi posse sibi persuadent, quam au-  
thentica. Etsi enim hoc in humanis libris quodammodo sie-  
ri posse concedatur; aliam tamen rationem esse diuinarum  
tabularum dudum perspicerunt ii, qui pretium his dignum  
statuere didicerunt. Cœcūtiunt omnia in omnes, qui myste-  
ria diuina tum veteris, tum nouæ & economiae explicare, aliis-  
que tradere sine græcarum cœbrarumque literarum cognitio-  
ne instituunt. Quis riuiulos turbidos limpidissimo fonti  
præferre, & aliorum auuthoritati sese subiicere sine derrimen-  
to potest? e)

## §. II.

dément, que Dieu s'en servit, lors qu'il fit défense à Adam de man-  
ger d'un des fruits du Paradis terrestre; que le serpent séduisit  
Eve en Italien le plus persuasif de tous les langages, & que no-  
tre premier pere s'excusa en françois, qui lui fournit les termes les  
plus propres, dont il pouvoit former une excuse.

- e) Audiamus hac de re nostrum LUTHERVM Tom. II. Altenburgensi p. 808. Ja sprichst du, was ist uns aber nütze Griechische und  
Hebräische Zungen zu lehren? Könnten wir doch wol Deutsch  
die Bibel und Gottes Wort lehren, die uns gnugsam ist  
zur Seeligkeit. Ja ich weiß wol, daß wir Deutsche müß-  
sen immer Bestien und tolle Thiere seyn und bleiben, wie  
uns die umliegende Länder nennen und wir auch wohl ver-  
dienen. Mich wundert aber, warum wir nicht auch ein-  
mal sagen: Was sollen uns Seiden, Wein, Würz und  
der frembden ausländischen Waaren, so wir doch  
selbst Wein, Rorn ic. nicht allein die Fülle haben zur  
Nahrung, sondern auch die Rütt und Wahl zu Eh-  
ren und Schmuck. Ich weiß fürwahr! daß wer die  
Schrift predigen sol und auslegen, und hat nicht Hülfe aus  
Griechischer, und Hebräischer Sprache, und sol es allein  
aus seiner Mutter-Sprache thun, der wird gar manchen  
schö-

## §. II.

Conquerimur iuste, linguarum studio optimam ætatis nostræ partem veritatis inquisitioni eripi, superiorem mentis facultatem, cui iudicandi officium est, herculeo, qui vocabulis descendis impenditur, labore infirmari, & sero satis rerum meditationi assuefcere. *Quoties auditur illud vulgarum? Es frustra meditanda.* Ist gut gnug in ein Carmen, in eine oration, man nimt es da so genau nicht. *An tu existimas nihil ex consuetudine adhærere omnino in tis casibus, ubi distincte agendum esset? f)* Cui autem malo si quidem frustra mederi videntur, qui vel linguam quandam vniuersalem eruditis exceptarunt, eique comprehendæ operam, studiumque suum appulerunt. *g)* Vel linguam quandam naturalem sibi fingunt, cuius ope reliquæ nullo

schönen Fehlgrif thun, denn ich erfahre wie die Sprachen über die maßen helfen zu lautern Verstand göttl. Schrift. Conferantur omnino cautelæ, quas B. RAMBACHIVS ad abusum versionum uitandum suppeditat in Hermeneutica sacra L. III. Cap. VIII. §. XV. p. 658. seq.

f) Sunt verba Cel. BULFINGERI in Dilucidat. Philos. p. 272.

g) Ut de illis maniacis nihil dicamus, quibus linguarum incognitum intelligentia via extraordinaria drepente orta est. Quis enim talia expectabit? Memorabile interea exemplum huius rei habet de homine gallo le REVRE dicto Franciscus VAYERVS Tom. 2. Operum Gallicorum pag. 657. qui Caandanensi, Angloico, Tupinambarum lingua appellatus per somnum promissime iisdem respondit. Expergefactus autem de ante actis nihil nouit. Hoc præter Episcopum Angulum D. WILKINS cuius libro in hunc finem contexto inscriptio hæc est: *An Essay Towards a Real Cavalier and a Philosophical Language*, Lond. 1688, in fol. LEIBNITIUM in primis tentasse constat, quippe qui in Felleri Orio Hanoianio p. 147. *Si una, inquit, lingua esset, accederet in effectu generi humano terria pars vita, quippe que linguis impenditur.*

Audia-

## VIII

nullo negotio addisci, & intelligi possunt. b) Vel denique  
memoriae vires subleuatum iuerunt, variaque adminicula  
mne-

Audiamus de hoc instituto vita LEIBNITIANAE enarratorem dignissimum: Il ne s'agissoit point non plus de reduire les peuples à une seule Langue, & de les engager à ne parler uniquement que celle là; le dessin seroit chimerique, & quand même on en viendroit à bout, il ne subsisteroit pas vraisemblablement fort long temps. Mais, le plan de M. Leibnitz etoit d'imaginer une Language Philosophique de Caractères Reels, qui au lieu de nom exprimassent les idées, qui fussent clairs & faciles & pussent servir du moins aux Gens de Lettres de diuers païs. Pour cet effet il avoit arrangé une espece d'Alphabet des pensées humaines, qu'on trouva dans ses papiers apres sa mort, & il avoit chargé un jeune homme de mettre en ordre des definitions de toutes les choses: Trauail immense, herisé de difficultés, & presque inpuisable. C'est-là tout ce que nous faisons du plan de M. Leibnitz parce qu'il ne nous est parvenu aucun échantillon de sa méthode, lui-même ne se proposant de la produire, que quand il l'avoit misé dans l'état de perfection, qu'il souhaitoit. Mais quoiqu'il se soit appliqué à cette recherche des l'an 1730 sa vie dissipée par cent diuerses occupations n'a pas été assez longue pour executer ce dessin.

b) Hanc Ebraeam esse HELMONTIVS in libello: *Alphabetti vere naturalis hebraica delineatio credidit, de quo LEIBNITIVS in Ep. ad Hermannum von der Hardt scito iudicat: In Dr. Francisco Mercurio Helmontio plurimum est ingenii, coniecturas subinde peracutas habet, & licet mea sententia nimium Cabbala, & apicum mysterioris tribuat, ego tamen soleo, ne hæc quidem plane contemnere, cum aliquando immixtum sit aliquid metalli melioris, vid. Epist. Leib. Tom. III, p. 354. ex edit. Dr. M. Rorthoid. Lipsiae 1738.* Cum Helmontio confenit WAGENSEIL in Synop. Hist. Vniuersitatis. P. I, p. 264. Quibus num annumerari iure possit Capp. NEUMANN ob hieroglyphicas, quam vocibus Ebreorum tribuere non dubitauit, significationem hic non definimus. Vid. de hac hypothesi

m̄nemonica suppeditando linguarum studia facilitare conatisunt. Etsi enim artis m̄nemonicae circa linguas discendas maxima esse debeat vtilitas; (*siquidem in iis disciplinis, in quibus e connexis omnia principiis legitime concipi possunt, eius auxilio vti Olsonum est atque superuacaneum*) parum tamen commodi inde sperari poret. Ridicula namque, & ad decipiendum fere comparata est eorum iactatio, qui vel uno mente, vel intra tridum, vel vnica hora idioma quoduis adisci posse Thrasonis more promittunt? *j)* Neque tamen laudabilem eorum laborem omnino reiūcimus, qui vel per aptam primitiorum cum deriuatis dispositionem, *k)* vel per harmoni-

- 
- thesi Ven. D. MICHAELIS Dissertat. elegantissima, de *Vocum seminibus, & literarum significatione hieroglyphica.* De Iacob. BÖHMIO denique ille scriptorum Bohemianorum amicus affirmit: *Etsi nullam unquam didicerit linguam peregrinam, ope itamen naturalis lingue ad eam notitiam peruenisse, ita, vt eas intelligere, & pronunciare potuerit sine difficultate.* In der gründlichen Untersuchung derer von Herrn M. Fricken dem Bac. Böhmen angedichteten Irthümer pag. 17.
- j)* Copiose de his disputat MORHOVIUS citato loco, interque eos praeter summum sue artis philosophum Rogerium BACONEM, Io. Cramuelum LOBKOWITZIVM respert. Iudicare autem non possumus de Io ZECHENDORFII kurze Instruction, wie man die Ebraische, Syrische, Arabische, Türkische Sprache in weniger Zeit, und Stunden lernen könne, Hamb. 1641, in 4to. nec non de Alberti van HOLTIEN Grammatica Cylindrica, cuius inventionem vtilissimam LEBNITIVS in Epist. ad Amicum pronuntiat, quia virtusque libri facultas data nobis non est.
- k)* Henricus SCHAVIVS vocabularium mnemonicum edidit, characteribus rubris nigris & mixtis distinctum. Alii alii imaginibus vtuntur. Sed haec vocum dispositio quia naturalem genealogiam exprimit, memoriam egregie omnino adiuuat; ita, vt per

## X

monicam linguarum conuenientiam laborem in acquirendis linguis fastidiose molestum sustentant. 1) Qui enim tum fundamentum huius artificii in similitudine tam diuersarum linguarum, quam deriuatorum cum primitiis suis positum considerat, & reminiscendi facultatis indolem perspicit; ille hos auctores operam suam frustra nauasse, non affirmabit.

## §. III.

Duplex lin-  
guas difcen-  
deratio.

Duplex potissimum via est, qua in linguarum studio incedere possumus, & solemus. Vtraque tot commoda, quot incommoda; tot defensores, quot impugnatores habere

primitiua facillime deriuata omnia discantur. Etsi diffidendum non sit hunc vocabulorum ordinem præsertim in lexicis nominis hil difficultatis creare tyronibus deriuationis vocum adhuc ignoris, si qua vox ab origine sua procul discedens euoluenda sit. Cui tamen incommodo facile occurritur peculiari indice, vbi primitiua, & deriuata ordine alphabetico sese excipiunt, qualem Cl. SCHOETRGENIVS Lexico Pasoris a se edito adiecit, quodve institutum, vt omnes Lexicographi etiam in sancta lingua imitantur, nobis quidem optandum videtur.

2) Etsi vniuersalem harmoniam linguarum nemo facile tentabit, quia omnes linguis nostræ vnius hominis non est; utilissimum tamen putamus coniunctis viribus in eam inquirere. Præterquam enim quod linguarum studio singularis inde accedit iucunditas; historia præsertim hinc non leue commodum sperat. Quod ad Ebraicam linguam attinet, præter SCHICKARDVM ob Lexicon Horologio Ebraico adiectum & Auctores Lexicorum Polyglottorum laudandus hic est Ludovicus THOMASSINVS Presbyter Orat, Paris, qui Glossarium Ebraicum vniuersale, quo ad Ebraicæ linguae fontem fere omnes linguae, & dialecti reuocantur Paris 1697. fol. instruxit. Idem scripsit librum Gallicum: Melodus dicens & docens utiliter, ut Christianos docet, Grammaticam aut linguas.

Bere videtur; *m)* ut difficultimum omnino sit indicare, vtrū palmarū deferri oporteat. Neque dici omnino potest, vtra methodus præferri mercatur, nisi tum vtriusque natura, tum discrimen, quod linguis intercedit, iusta lance perpensum fuerit. Linguis in viuas, & mortuas dispesci notum est, in illis studioſo linguarum plerumque expeditum iter promittitur; in his circuitione, & longiore anfractu opus esse putatur. Illas magis ex vſu; has vero per artem discere tantum non omnes suadent. *n)* Per vſum autem linguam affeſquimur, ſi vel per conuerſationem, & sermonem viuum, vel per lectionem librorum ita lingua conſignatorum vocum, carum flexionis, & coاردinationis cognitionem acquirimus. Illum si placet, vocare vſum viuum, hunc mortuum poſſumus. Con-

B 2

iungit

- m) Mr. ROLLIN in utilissimo opere la Maniere d'enseigner & d'étudier les belles lettres inscripto Libr. I. Cap. III. hanc in rem ita scribit: Faut il commencer par la composition des themes, ou par l'explication des auteurs? c'est ce qui fait plus de difficultés, & sur quoi les ſentimens font partagés. A ne consulter encore, que le bon ſens & la droite raiſon, il ſemble, que la dernière methode deuroit être préférée. Car pour bien compoſer en latin, il faut connoître le tour, les locutions, les regles de cette langue, & auoir fait amas d'un nombre aſſez conſiderable de mots, dont on ſoit en etat de faire un jufte application. Or tout cela ne ſe peut faire, qu'en expliquant les auteurs, qui font comme un dictionnaire vivant, & une grammaire parlante, ou l'on apprend par l'expérience même la force, & le véritable uſage de mots, des pbræſes, & des regles de la ſyntaxe.*
- n) In linguis quidem viuis ſine preceptorum grammaticorum vſu facile aliquis eos progresus facere potest, ut eas non intelligere ſolum ſed expedite etiam loqui queat; at enim in linguis mortuis hec via difficultius calcatur: ita fecit hac de re B. RAMBACHVS in Hermeneut. S. p. 387.*

## XII

iungi præterea uterque solet, quod vero in omnibus neque fieri potest, neque propter finem, quem præfiximus nobis, consultum est. Inquiramus in ea, quibus duplex haec methodus sece commendet maxime, & quæ sint incommoda cum utraque coniuncta.

*Commoda  
linguas per  
usum discen-  
di.*

Modus per usum in primis viuum seu conuersationem linguæ cuiusdam notitiam comparandi facilior sanc, & magis compendiosa est. Testantur hoc exempla hodiernarum linguarum plurima, ut Gallicæ, Italicæ, Anglicæ, quarum hac ratione fere sola facultas acquiritur. Cum enim in unica lingua latina desudare videamus iuvenes plerumque ultra decem annorum spatium, eius tamen nonnisi balbutientem adipisci cognitionem; has e contrario plurimi intra anni vel minoris temporis decursum ita perdiscunt, ut nihil fere ipsis deesse videatur. Testatur idem memorie nostræ indoles, qua illa facilius tenentur, quæ sepius traduntur. Non igitur minori negotio vocum significatus, mutationes, & combinationes menti inhærente posse videntur, quam per crebriorem singulorum repetitionem, quæ per exercitium loquendi, scribendique maxime promouetur. Accedit, quod usus simul efficiat, ut unicae linguae constantius inhæreamus; quanta autem in constantia, qua plurium rerum imagines a mente arcentur, vis sita sit dici fere nequit. Confirmamur denique de eiusdem rei veritate per ipsius linguae vernacula acquisitionem, quam quasi nullam laboris molestiam experientes primis pueritiae annis imbibimus, cujusque cognitionem per naturalem quandam alios imitandi libidinem, admodum facilitari obseruamus. o)

§. V.

o) Præterea liquet: facilius linguam disci, si terminorum soni cum ipsarum

## §. V.

Verum enim vero habet quoque hæc methodus sua in-  
commoda non leuissimi momenti. Præter ea enim, quod  
in linguis viinis, quales sunt gallica, Italica, discendis maxi-  
me adiuuemur per vernacularm nostram, latinamque, ad cui-  
us præfertim analogiam grammaticam reuocare, & exami-  
re plerumque has solemus, ita, vt facilitas, qua acquiruntur,  
non a sola conuersationis methodo proficiscatur; hac via  
magis ad pronuntiandum, quam scribendum sermonem a-  
pti euadimus. Maxime conspicuus hic est defectus, in iis  
præfertim linguis, quarum orthographia a pronuntiatio-  
ne recedit. Sunt, qui promtissime gallico idiomate ser-  
mocinantur; sed ne vnicum quidem verbum literis legiti-  
time consignare sciunt. Deinde hæc methodus ab eo, quod  
difficillimum in linguis est, orditur, contra omnes, & pri-  
mas bona methodi regulas. Triplex in linguarum studio  
datur perfectionis gradus, *intelligere, componere, eloqui*, prior  
facillimus; secundus difficilior; tertius sumnum apicem

*Incommoda  
huius me-  
thodi.*

B 3

con-

---

ipſarum rerum, quas designant, immediata representatione in  
mente coexistunt, quod circa vernacularm locum habet, quam,  
vbi meritis sonis alii soni coniungendi sunt. Hinc ipse MORHO-  
FIVS a commendatione huius methodi etiam in linguis mortuis  
alienus esse haud videtur. *Vernacula*, inquiens, *sive magno ne-  
gocio addisi possunt modo parentes, præceptores, famuli, & alii,*  
*cum quibus conuersamur, incorrupte loquantur. Quodsi greca  
ac Latina ea etiamnum methodo addisi possent, non tanto nunc  
apparatu opus esset, cirtusque ad ipsas disciplinas transire possemus.*  
Et famosus ille Cornelius AGRIPPA in Libr. de Vanitate scientiar.  
Cap III, pro more Artem quoque Grammaticam perstringit:  
*Grammatica se recte loquendi artem iaciat, sed falso, cum id i-  
psum longe melius discimus a matribus aut nutritiib[us] mulierculis,*  
*quam a Grammaticis.*

## XIV

contingit. Praestat autem a facilissima primordia capere, & sensim ad difficiliora progredi, quam per saltum ad supremum perfectionis fastigium euolare, quod semper sine periculo fieri nequit. p) Ii præterea, quibus ex solo usu sermonis facultas est, copiose quidem lingua uti norunt, sed neque legitime interpretari, neque accurate componere, neque scire candem eloqui callent. Usus variat, & ipsa memoria fallitur. Nisi video utriusque per generalem analogiam succurratur; virtus sepe admitti possint nobis ipsis non animaduertentibus. Incerti sumus in plurimis, q) neque quod maximum est, ullam allegare possumus rationem, cur hac voce utramur potius, quam alia; cur hac eam induamus formam, vel hanc plurium verborum instituamus coordinacionem; quod omnino incommodum grauiissimum nobis esse

vide-

p) Autor Medicina mentis P. 2. p. 192. scribit: *Cum semper a facilissima sit ordendum non satis quis poterit mirari, quare contra manifestam rationem vulgo a re difficilissima, hoc est ab ultimo gradu in puerorum institutione initium fiat. Est autem huius rei ratio in promtu, quia omnes consuetudine ducimur, non sana ratione, & commissos hac in re errores, utrum quis palparit, vix tamen emendarit. Praeceptor quippe hac ratione supercedere multo labore potest, nec aliud facit, quam ut exercitus latine reddenda discipulo proponat, reliquum, quod est temporis ipse otio transigit, sumane interim discipulo sibi soli relatio seque in omnem misere torquentem formam.*

q) Apprime ad hanc rem facit exemplum Friderici Ulrici CALIXTI. Hic vir cætera doctissimus, quia latinam linguam sine grammatica, didicisset, tanta semper in scribendo anxietate tantaque incertitudine vexatus est, vt nihil omnino in lucem publicam emittere auderet, quod non antea virgula censoria boni grammatici submissum fuerit. Vid. Fr. Ulric. CALIXTI *Memoria oratione parentaliter representata, & edita a Io. Fabricio.*

videtur, vbi accuratae interpretandi leges obseruandae, ipsa-  
que interpretatio a dubiis vindicanda venit, adeo, ut hinc  
grammatices origo non inepte deriuari possit. 7)

## §. VI.

Quæ cum ita sint, præferendum alii existimant, artifi- *Difficultas*  
ciosum linguis operam dandi genus. Etsi enim hoc mole- *studii Gram.*  
stum, atque diuturnum sit secundum illud: *facilius est, ali-*  
*quem trium facultatum fieri doctorem, quam bonum gramma-*  
*ticum,* multo rarer accuratus videtur. Præcipuam hu- *matici.*  
ius methodi difficultatem in terminis grammaticis sitam esse  
putamus, quorum quia ingens copia est, ut non sine aerum-  
na notitiam eorum assequi possumus, retardant omnino ipsi-  
us linguæ studium. Sunt præterea grammaticæ suæ abstra-  
ctiones æque ac metaphysicæ, & multæ regula syntaxeos plus  
difficultatis habent, quam theoremaria mathematica, quæ quan-  
tum pueritia ad talia nondum assuefacta negotii faciliant,  
facile coniici potest. Præsertim, si per solam memoriam  
eadem capere miseri homunciones coguntur, cum rarer  
satis evidens sit, abstracta intellectus magis, quam memoriæ  
auxilium postulare. Hinc anxietas illa, qua puerilis ætas  
in scholis grammaticis vexatur; Hinc nimium tempus,  
quod in iusteratur: Hinc tedium, quod crearar erga gram-  
matices æque ac reliquarum artium studia: maxime si ex-  
orbitans orbiliorum severitas, penæque cruentæ accedunt.  
Quantus labor exantlandus in tot declinationibus latinaræ, &  
græcæ

7) Etsi enim usus antiquissimus linguarum doctor sit; contenti tam-  
en illo vel vetustissimi linguarum cultores esse noluerunt;  
sed, ut accuratior sermonis institutio esse posset, grammaticam  
artem maxima industria excoluerunt. Vid. vossii *Aristarchus s.*  
*de Arte Grammatica Libr. I. Cap. IV.* nec non *Praefatio*, quam  
*Scloppius grammatica philosophice præmisit.*

## XVI

græcæ lingue, cum omnibus suis heteroclitis, monoptotis, dyptotis, & reliquis? Alia est mutatio substantiuorum, alia proponitur adiectiuorum, alia præscribitur pronomini- bus. His vero omnibus nondum absoluitur doctrina de nomine tanquam prima sermonis parte, sequitur præter adiectiu mutationem per gradus, sexus discriben. Quot regulæ hic? quot exceptiones a regulis? quot singularum regularum lineæ sine nexu, & similitudine foli memoriae Herculis maiori labore mandanda? Ordo deinceps ad verbum ducit, cuius maior adhuc, quam nominis difficultas est, si ea, quam grammatica monstrat, via incendas. Coniugatio verbi non solum amplior, quam declinatio nominis est, sed diuersitas illius quoque maior, quam huius, si aliter ætua verba aliter passiva flecti observes. Quanta varietas præteritorum & supinorum? quot denique verba, quæ ad paradigmata reuocari omnino nequeunt? De syntaxi non opus est, ut plura dicamus, quam prolixa ea enim sit, qnamque in plurimis ambigua neminem later. <sup>s)</sup> Adeo ut quedam habere videatur, quæ per regulas tradi nequeunt: *Grammatici enim certant, & sub iudice lis est*, vnde apud optimos scriptores quedam occurrunt, quæ regulis syntacticis non usque quaque respondent, & ideo constructiones ad sensum appellantur. <sup>t)</sup>

## §. VII.

<sup>s)</sup> RHENIVS, cuius syntaxis fere omnium maxime in vsu fuit, agmen centum septuaginta septem regularum educit, cui trecentas præterea exceptiones subordinat; bone Deus! qualis farrago.

<sup>t)</sup> Bene QUINTILIANVS *Instit. Orat. Libr. I Cap. VI.* Non cum pri- mum homines fingerentur analogia cælo dimissa formam loquendi dedit; sed inuenia est, postquam loquebantur, non ratione niti- tur, sed exemplo.

## §. VII.

Etsi igitur linguarum per grammaticam institutio rædii plena, atque ampla nimis sit, tamen non defunt, quæ ad commendationem eius afferri possunt. Ea enim, quæ commemorauimus incommoda fere omnia, vel ab indole linguæ latinae, & græcae, vel a peruersa grammatices tractatione proficisciuntur. Latinorum, græcorumque linguas præ omnibus difficillimas atque copiosas esse, non opus est, vt demonstretur. *u)* Comparemus grammaticam latinam cum gallica, & quantum vtriusque discrimen sit adparebit. Sane ex difficultates, quibus latini sermonis discipuli inuoluntur circa declinationem & genus nominum ope sex vocum monosyllabarum, quæ articulum gallicum constituent simul superantur. Remanent illæ, quæ verbum, eiusque coniugationem contingunt tricæ, quæve linguis viuis cum illis demortuis communes esse videantur, in his tamen plures, quam in illis. Immerito ideo grammaticam solam accusant ii, quib[us] latinae præsertim linguae tantum temporis spatiū, tantamque laboris molestiam impendi conqueruntur, eum ipsis lingue quippe difficillimæ indoles talia requirat. Veruntamen inficias iri nequit, in ipsa institutione grammatica

C

tica

---

*u)* Romani, quod ad copiam attinet, græco sermoni palmam tribubant. Idem enim QUINTILIANVS cit, loc. Lib. XII. Cap. X. Tanto est sermo græcus latino iucundior, ut nostri poeta, quories dulce carmen esse voluerunt, illorum id nominibus exornente. His illa potentiora, quod res plurime carent appellatiōbus, ut ea necesse sit transserre, aut circumire: etiam in iis, quæ denominata sunt, summa paupertas in eadem nos frequentissime reuolut. At illis non verborum modo, sed linguarum etiam inter se differentiam copia est. Quare, qui exigit illam gratiam sermonis Attici, det mibi in eloquendo eandem iucunditatem, & parem copiam.

## XVIII

rica diuersimode peccari. Quæ enim stultitia puero romanorum literarum rudi plane, arque experti regulas latino sermone conceptas propinandi; *x)* per quot ambages ducimur? vbi exoptatissima fese offerunt compendia, quæ repudiantur, quia a more consueto transuersum vnguentem recedere religioni dicitur. Facilius ea, quæ Grammatica docet, disci possent, si non sine omni enucleatione iis memoria obrueretur, sed intellectui quoque suum in linguis remaneret officium. Quemadmodum enim grammaticæ parens est philosophia, quod si non aliunde, ex ipsis terminis grammaticorum constat, philosophice quoque deceri potest,

- 
- x)* Hunc primarium defectum in institutione linguarum non agnoscunt hodie tantum omnes prudentes, sed studiose etiam emendare cœperunt. In omnibus enim sere linguis vernaculis habentur grammaticæ Græcæ & Ebrææ. Germanicam de latina dedit Ven. LANGIVS, de Græca Excell. SCHVLTZIVS, de Ebræa B. MICHAELIS. Quod institutum quoque probant Galli, nam post Rolandum Marcius, Mr. TRIGNY composuit *Nouvelle methode pour apprendre facilement la Langue Latine*, & ROLLIN iam laudato opere hunc in modum de eadem re pronuntiat: *Il me semble qu'à present l'on convient assez généralement, que les premières règles que l'on donne pour apprendre le Latin doivent être en françois, parcequ'en toute science, en toute connoissance, il est naturel de passer d'une chose connue, & claire à une chose, qui est inconnue & obscure. On a senti qu'il n'étoit pas moins absurde, & moins contraire au bon-sens, de donner en latin les premières preceptes de langue latine, qu'il le seroit d'en user ainsi pour le grec, & pour toutes les langues étrangères.* Hinc, quod linguae sanctæ Ebrææ præsertim gratulamur, sere apud omnes populos occidentales sermone vernaculo conscriptæ institutio-nes eius existant. Hispanice eas dedit Mart. del CASTILLO Lugd. 1676. 3. Belgice EVERHARD van der HOOGT Amstel. 1686. Anglice PHILIPPVS LEVI EX-IVDAEVs, Lyon 1703.

poteſt, eoque modo, vel cum linguarum ſtudio eius, quæ potiſſima eſt animo facultas, iudicij nempe emendatio coniungi poſſet, & mens a primis ſcholis grammaticis ad eas, quarum in omni eruditione tanta eſt uirtus, abſtraktiones aſueſieri. y) Maior præterea regularum adhibenduſ eſt ſelectuſ, vt neque tyronibus omnes ſine diſcrimine obtruderentur; neque per exceptiones ſepe leuiſſimas, & quarum cognitio viuſi optiumo talium magiſtro relinqui ſine detrimen‐to poſſet, ambiguae & intricate reddeſerentur. Ordini grammatico quoque haud nimis inhaerendum eſt, quia hic neque in libris, neque in sermonibus locum inuenit, ſed per queſtiones ordinis declinationum, & coniugationum contrariaſ memoria ſedulo exercenda. Vocabulorum ſignificatuſ e lexico vel vocabulario addiſcuntur quidem per conſuetudinem, ſed ad modum incommode. Ea enim plerumque in eiusmodi libris occurruunt, quæ tam parum ex viſu ſunt, vt priuquam aliquando vel in auctoſorum lectione, vel in ſermone occurraut, eorum aliquoties potuerimus obliuisci. Præſtat voces iucundis, atque utrilibus ſententiis inclusaſ tyronibus proponere. z) Quæ ſi rite obſeruentur, præci-  
pua,

y) Aureum hinc eſt monituſ ſepe nobis laudati QUINTILIANI Inſtitut. Orat. Libr. I. Cap. IV. *No quis igitur tanquam parua faſtidiat grammatices elementa. Non quia magne ſit opera conſonantes a vocalibus diſcernere, ipſisque eas in ſemiuocalium numerum, mutarumque partiri. Sed quia interiora velut ſacri hu-ius adeuentibus apparebit multa rerum ſubtilitas quæ non mo-do acuere ingenio puerilia; ſed exercere aliuſſimam quoque eruditioñem, ac ſcientiam poſſit.*

z) Speciat huc præter aliorum laudabiles labores, Mercurius bilin-guis, hoc eſt: *Nous facilis que ratio Latine vel Belgice lingue (quæ pro Italica in hac editione ſubiecta eſt) intra vertentem annum*

pua, qua haec methodus sese commendat, praerogativa est, non accuraram tantum, sed solidam quoque nostram linguam cognitionem reddi. **ao)** Cum enim omnis soliditas in

eo

*addiscende.* Quem *Grosippi vel Scioppi Rudimentis grammaticæ philosophice*, Amstel. 1686. adiecit inuenio, cuiusque auctor *Ioannes BATEVS equestri familia ortus Hybernum est.* Hic enim 1614. Madriri expirans artem suam Scioppio commendauit, cuius ideo praefatio opusculo premissa videatur. Vbi ita inchoat: *Singula vocabula, ut facile memorie mandantur, ita celeriter excidunt.* Harum ergo sententiarum auctor circiter quinque millia vocabulorum latinorum ex Lexico excerpta coniunxit, ut 1141. enunciaciones sive sententias inde conficerit, quod recte iudicaret, fore ut eas tanto facilius percipiunt animi dociles, teneantque fidèles, quod duorum hic administrorum usus sit, *Memoria scilicet, & Dianœ,* sive mentis aut discursus, quem vocant, vel saltum compositionis & diuisionis, in qua facile viuis partis recordatio partis alterius memoriam inducit. *Vocabula excerpta triam generum, quorum alia vocat Quotidiana, alia Fundamentalia, alia Rara.*

**ao)** Contradicit his quidem, ut MORHOIVS testatur; Auctor libri Gallica lingua conscripti, sed in anglicam versi, cui titulus est: *An Examen of the Way of teaching the Latin tongue to little children by use alone.* Sed satisfactum ipsi est ab Illustri HEINECCIO in Fundamentis stili cultioris: *Caueribi, inquietis, persuadeas, ex usu tantum & loquendi consuetudine ad latine lingue facultatem posse perveniri, tantum enim abest, ut hoc fieri possit, ut portius inde nasci solet inquinatum illud, ac sordidum dicendi genus quo monachii maxime, nee non Poloni, & Hungari delectantur.* Ex instituto SANCTIVS quoque in Appendice Mineruæ demonstrat. lingam non ex colloquijs descendam esse. Vbi inter alia hæc sunt: *Quis tudi magister non subinde discipulis crepat, loquere vel male vel bene cum Me? Tanta est stultorum hominum ignorantia, tanta peruersitas & pertinacia!* At ego apud quem pluris est recte-

xatis-

eo consistat, ut ea, quæ scimus, ex universalibus legitime deducere possimus principiis, sane in linguis grammatica efficit soliditatem, quatenus generalem analogiam tradit, ad quam omnia in sermone tanquam ad amissum examinari debent.

### §. VIII.

Progediamur ad speciale tractationem de lingua san- *Affectiones*  
*cta huius enim & præstantia & necessitas inter omnes emi-* *linguae san-*  
*net. Non alienum a nostra disquisitione esse putamus, an-* *ctæ.*  
*re omnia quasdam linguae ebræae proprietates afferre, ut eo*  
*facilius, quam meditamur, instituto procedat. Est igitur*  
*hæc præ omnibus reliquis primo ob ANTIQUITATEM*  
*veneranda. Tradit non solum res gestas tum humanas tum*  
*diuinæ veruissimas, sed ipsa quoque antiquitatis gloria ex-*  
*cellit. Primæum quidem esse, post tot egregios viros,*

B 3 qui

---

*rationis pondus, quam multorum prescriptum affero, nihil pestilens  
 ius posse inueni lingua latine cupido eueneri, quam aut verbis la-  
 tini effigie cogitata aut loquacium profluentie interesse. Quicun-  
 que enim aliquando peritiam lingua latine affectus est, Petrum  
 BEBEVM dico, aut OSORIVM, aut nostrum PINCIANVM non loquen-  
 do, sed scribendo, meditando, Itali ideo imprimis sermonis lati-  
 nos etiam cum doctis viris sedulo euitant quemadmodum ERA-MVS  
 Lib. 8 Apophereg. testatur: Itali hac ratione duci videtur. qui  
 licet pulchre calleant latine, tamen vix unquam adduci possunt, ut  
 in familiari congressu latine loquantur. At si quando compellit  
 necessitas, dicunt exacte quasi de scripto. Noui Venetiæ Bernardum  
 Oculariarum ciuem Florensum, cuius historias, si legisses, dixisses  
 alterum Sallustium, aut certe Sallustii temporibus scriptas. Num  
 quam tamen ab homine imperare licuit, ut mecum latine loque-  
 retur. Subinde interpellabam: Surdo loquevis, vir præclare!  
 vulgaris lingue vestratis tam sum ignarus, quam Indice.  
 Verbum latinum tamen nunquam quini ab eo extundere.*

qui in hoc argumēto vires ingenii sui strenue exercuerunt, demonstrare neque volumus, neque per instituti præsentis rationem possumus. *bb)* Id saltem ingenue confitemur, quia pluris apud nos est vnicum spiritus sancti verbum, quam nullia argumentorum humano ingenio effictorum; sententiæ illorum subscribere non posse, qui ante diluvium iamiam, & turris Babelicæ exstructionem plures non tam dialectos, quam diuersas omnino linguis contra euidentissimā verba Gen. XI. 1. 6. 7. 9. fabulantur. *cc)* Sed eam quæ sola ante hæc tempora in vsu inter homines fuit, Ebraeorum lingua fuisse, verisimillimum nobis videri. Secundo si quid est in orbe ob singularem numinis PROVIDENTIAM CONSPICV-

- 
- bb)* Singularis exstat *Io. BVXTORFI* (quantus autem Vir!) *dissertatio de lingue ebreæ origine & antiquitate*, *Briani WALTONI, Thomas HAYNE, Stephani MORINI & aliorum commemoratione superferendae possumus*, siquidem summa diligentia a Cel. LÖSCHERO in *Commentarij de Causis L. Ebraeæ* pag. 13. & qui primus nominandus B. WOLEFFIO, cuius præmaturam cheu! mortem res literaria quam maxime deplorat in *Bibliotheca Ebraicae* P. II. pag. 622. & IV. p. 312. & in sequentibus passim renfentur.
- cc)* Hanc sententiam sedisse R. ELIEZERI, *Io. LEVSDENIVS* in *Philol. Ebr. Diss. 18.* testatur, in eamque cedere Cel. HERMANN von der HARDT non dubitat, mentem suam in epistola ad Leibnitium hac de re sequentem in modum exprimens. *Ante diluvium Mosaicum, que fuerit linguarum conditio vix definitur. Plures existissi in orbe linguis nemo negabit, qui meminerit, homines iam etum per totum orbem fuisse dissipatos ac disseminatos. Quo casu ob locorum distantiam, & aeris calique differentiam necessaria varia tales sunt lingue, aut linguarum dialecti. Ante Diluvium Mosaicum non pauciores, quam bodie linguis in orbe auditas puto, sed longe diuersas.* Confer, præterea *Preceptoris & Patroni nostri Vener. MICHAELIS Commentatio Apologetica in pericopam illam Mosaicam* Gen. XI. 1-9. Hal. 1727. 8.

SPICVVM diuinam hanc dialectum id esse assertimus. Ea, quæ Deus creauit, vnice ad sui nominis honorem conseruat. Quid igitur magis prouidam conseruatoris curam partici-  
pare potest, quam sacratissima de cultu diuino dogmata? Quemadmodum vero thesauri custodia sedulam loci, & va-  
seculi, quo continetur ille, requirit inspectionem; ita haec  
lingua cui mysteria veteris teconomiae commendata sunt, iis-  
dem prouidentiae singularis documentis illustris est, quæ in  
ipsa veritatum diuinarum conseruatione, & propagatione admiramus. Quorū linguae in orbe exstiterunt hac recentiores,  
quarum ne characteres quidem supersunt? Huius vero noti-  
tia ad nostram seram vsque peruenit atatem. Quam pre-  
ciosum id propter *zeugn̄s* munquam satis deamandum! Ter-  
tio haec lingua omnium est SIMPLICISSIMA. Simplex ea  
est, si formam eius externam, simplicior longe, si internam  
consideres. Literarum ductus lineolis vel perpendiculari-  
bus, vel transuersis vel utrisque conflantur; vocales mera  
puncta sunt, quibus non datur simplicius. Verborum radi-  
ces omnes byssyllabæ, vel ex sententia NEVMANNI, quem in  
eo sequitur Ven. LÖSCHERVS biliteræ. Fundamenta &  
præcepta grammatica quod attinet, quanta in iis breuitas si-  
ne omni tamen defectu! Nulla hic declinationum difficul-  
tas, nulla sexus in nominibus distinguendi ambiguitas, nulla  
coningationum, quippe quæ vnica est, amplitudo, nulla in-  
super particularum farrago studiosum sancti Iuuius idioma-  
tis anxiū tenet. In syntraxi denique omnia adeo prona-  
sunt, ut paucissimis comprehendendi præceptis possint.

## §. IX.

Quarto Ebrea lingua omnium maxime ANALOGI-  
CA, CERTA, & SOLIDA est. Quod in linguis dia im-  
possibile visum est, vobis mutationes e generalibus deriuau-

*Continuatur*

XXIV

re principiis post ALTINGIVM B. DANTZIVS in Ebræa locum habere sole clarus demonstrauit. *dd)* Omnis flexio sive nominis, sive pronominis, sive verbi, sive particularum ex punctorum mutationibus pronissime fluit. Hæc autem optime ex hypothesi morarum utrilibet, & sedis tonicae diiudicatione intelligi potest. Conqueruntur quidem alii de anomalia huius sermonis grammatica, logica & nescio qua alia. Vocales, clamitant, variantur in infinitum, accentuum & notarum diacriticarum positus sunt admodum irregulares. In nominibus, & verbis ingens est anomalorum copia, in his enim verba alia sunt gutturalia, alia defectiva, alia quiescentia. Significatus denique vagi immo contrarii non nunquam sunt. Verum enim vero adeo Ebraismus anomalorum expers est, vt nisi per similitudinem cum alia quadam lingua viua grammatici talia finxissent potius, quam vt eadem accurate rimando ad analogiam reducere studuisse  
ea

*dd)* Quorum virorum vestigiis nuperrime inhæsit Vir Ven. Patronus modeste colendus *Martinus DIETRICH Prof. Theologus Francofurtanus* in eruditio Opusculo *Nexus Philosophicus Grammatice Ebrææ, Francof. 1739.* Plane ideo iis ad tipulari nequimus, qui Lingvam sanctam sine vocalibus discere facilius suadent. Hi enim sunt, qui nodum secando laboris compendium sibi inueniente falso perfludent. Quorum comparatum fuit studium *Francisci MASCLEII* in *Designatione Grammaticæ Ebrææ nouæ, ad Ebræam aliasque orientales linguas antiquas non habita vocalium ratione descendens.* Quam deinde opus ipsum grammaticum a punctis altis inuentis *Maforethie* liberum fecutum est. Qui vero iustas eruditiorum censuras non effugit. Conf. quæ disputat *WOLFFIUS* in *Methodo Ebraismi nouæ, Hamb. 1716* 4to. nec non quos idem reconsent cagistatores in *Biblioth. Ebræa Tom. IV.* pag. 293. 294.

ea omnino in scholis ebraicis penitus ignorarentur. ee) Non quidem negamus, in hac quoque lingua arbitrio communi sermonis fabro quædam relinquenda esse; verum ea quoque, nisi valde tenues eius reliquæ essent, longe aliter dijudicari possent. Quinto ebraea lingua omnium FOECVNDISSI-

D

MA

- 
- ee) Quantum in lingua sanctæ incertitudine, & anomalia hostes veritatis diuinæ præsidium sibi querant, vel SPINOSAE infania testatur, qui *Traictatu Theolog. Politico Cap. VII.* pag. 93. nescio quas inanæ querelas decantat. *Quia literæ ciudem organi pertinetur;* Temporum in verbis nulla habeatur ratio; sed iam præteritum futuri & hoc illius participer significationem; quia denique nullas literas vocales habeant, nullis signis sermonem distinguant, summam vbius in Ebræo codice regnare ambiguitatem & Amphiboliam. Quasi vero Ebraeo sermo vocalibus & Accentibus destitueretur, vel significatio verbi diuersa ratione temporum non per præfixum accuratissime definiatur. Sunt quædam anomalorum speciem præ se ferentia, quod figurarum in grammaticis plerisque amplissima tractatio inter alia edocet. Verum oscitantæ, & male sanis consiliis eorum, qui linguae huic etiam quoad minutias accuratam peruestigationem inter inutilius numerant, hoc debetur, quod tam dedecet Ebraismo, & veritati diuinæ aspersa contumelia non vindicari hucusque penitus potuerit. Interim æquiuocationis maculam a lingua sancta abstergere insprimi Cl. GVSSETIVS laborauit in excellentissimo opere suo *Commentar. L. Ebr.* inscripto, hinc in prolegomenis eius ita hac de re verba facit: *Ante omnia æquiuocationem, quæ multiplicite significationum pululat, maximum Lingue vitium esse semper arbitrarius illud ab Ebraica abesse debere, & summa cura remouendum esse existimavi, ut præstantissime linguarum personam suscineret: Videlicet Lingue est signum signis constans. Signi autem officium est suo interuenient cogitationem desigere in conceptu rei certæ. At donec conceptus per æquiuocationem relinquatur incertus; non res tibi significata est, aliquidque desideras signum, quod ipsam tibi indice.*

## XXVI

MA atque OPVLENTISSIMA est. Ad secunditatem huius linguae laudandam non opus est iactare rudera physica, antiquae historiae, legum, rituumque in ea obvia. *ff.*) Horum enim indagatio magis ad ingenii lusum quam ad veritatis inquisitionem accedit. Ipsa suam opulentiam omnibus pandit, quibus interiora eius nosse volupe est. Ut ut exigua huius lingua fragmenta nonnullis tamen rebus exprimendis plusquam decem diuersos terminos destinant *gg.*), ita ut non leuis sese difficultas offerat, inter tot voces homonymos emphaticis dignas differentias detegere. Vnde summa elegantia, & eloquentia singularis in *ESAIA* (quo nemero neuosior) atque *DAVIDE* (quo nullus dulcior) vberitas incomparabilis? Vnde emphaticæ dictiones in Proverbiis Salomonis, & flumen orationis excellens in diuinis hymnis, si Ebraeorum lingua ieuna plane, ut *Clericus* nugatur, & parum culta est? Sexto denique Lingua haec FACILLIMA est. Quis enim simplex, & nonnisi regulare dicendi genus difficultatis accusabit? Paucis sane, si recta methodo traditur, hic multa discuntur. Non enim nouis præceptis opus est in nomine, aliis in verbo, aliis in particulis. Omnia evidenterissima sunt, si punctorum mutatio rite pertractata, atque perspecta sit. Est quidem secundissimus sermo, quo usi sunt Ebrei; sed fuit talis portius: hodie enim non pluribus, quam quinque circiter millibus vocabulis integer Ebraismus absoluatur.

§. X.

*ff.*) Quorum inuestigationem commendat Ven. LÖSCHERVS in *Comment. de Cauff. L. Ebr.* Libr. III. Cap. V.

*gg.*) Paulus BERGERVS, qui peculiari schediastmate CLERICVM refutauit, tenebris annumerat octo, quarendi acli decem, moriendi nouem, confidentie in Deum quatuordecim, remissione peccatorum novem, obseruante legis viginti quinque, fractioni octodecim peculiares dictiones.

Tanta igitur diuinæ huius linguae præstantia! tot egressi radiat virtutibus, ut superuacaneum plane sit, alia amplius circumspicere argumenta, quorum quædam inepta, & ridicula viris vel optime meritis incidisse dolemus. Ipsa se-  
fe quam maxime commendat. Inquiramus potius in optimam, qua ei studere decet, rationem. Primum atque præcipuum monitum, quod omnibus huius sermonis cultoribus satis commendari nequit, hoc est; ne leuem atque profanum ad idioma hoc percipiendum appellant animum. *Sancta lingua sanctam mentem & intentionem postulat.* Non quidem superstitione hic agendum esse censemus pro more stultitiae Rabbinicæ; sed ante omnia maximum beneficium gratissima mente agnoscendum *hh*), quod Deus humano generi, & veritatis diuinæ imprimis discipulis exhibuit, cum iniæstimabilem hanc voluntatis suæ clauem ad nostra usque tempora conseruari, & cum luce euangelii e situ & pul-

D 2 *ab initio* *versus*

bb) Hinc beatus LUTHERVS huius lingua culturae partem cultus  
Dei facit. Etsi enim, inquiens, eius lingue nullus alius esset usus;  
tamen pro gratarium actione discenda erat, quod pars quedam re-  
ligionis, & cultus Dei est eam linguam docere vel discere, que sola  
quicquid vsquam diuinis est, docet. Auditur enim in ea Deus lo-  
qui, audiuntur sancti inuocantes & maximas res gerentes, ut stu-  
dium, quod in hac linguam descendam collocatur, missa quadam  
seu cultus Dei vocari possit. Quare serio horor, ne eam negligatis;  
Periculum est, ne Deus hac ingratitudine offensus priuet nos cogni-  
tione huius lingue. Tom. III. Ien. Lat. fol. 444. Commentar. in  
Psalm XLV. & Tom. Altenb. p. 808. Wen kein ander Nutz  
an der Sprachen wäre, solte uns doch das billig erfreuen,  
und anzünden, daß es eine edle feine Gabe Gottes ist, da-  
mit uns Deutschen Gott Iesu so reichlich fast über alle  
Länder heimgesucht, und erfreuet.

## XXVIII

vere humanarum ineptiarum, quo diu satis obiecta iecit, eru*re*  
& produci concessi. Consilium ideo operam huic lingue  
consecrandi e grato, & modesto animo proficiscatur, ad co-  
gnitionem mysteriorum diuinorum assequendam, non misera-  
ram ostentationem ineat, & cum intimo desiderio ea,  
quæ Deus per seruos suos olim hominibus proposuit, audi-  
endi exsecutioni detur. Ea enim ratione non inutiles tan-  
tum & ex critica levitate profectas quæstiones caprabitur,  
sed ea, quæ fini nostro primario inferuiunt, uice inuestiga-  
bitur. Non linguae huius arduum studium abieciunt adeo,  
& iis, qui theologi appellari dèdignantur, indignum vide-  
bitur; sed quemadmodum diuina rimandi omnibus artibus  
superior, & nobilissima est; ita plures huius linguae curam  
suscipere non dubitabunt.

ii) §. XI.

Etsi ordo in omni arte admodum extollatur, & utram-  
que facere paginam estimetur; in linguarum studiis tamen,  
quod miramur, adeo altum de eo est silentium, vt ille in his  
vel nullum inuenire plane locum, vel contra illum peccari  
non posse videatur. Romanos prius græcum, quam ver-

nacu-

ii) *Petr. CUNAEVS de Republ. Ebræorum L. III. Proleg.* hanc socratiam  
ita perstringit: *Enimvero cum sacri codicis lectio non Theologia mo-  
do, sed omnibus bonis curia, & præseruum eruditis esse debet at incun-  
dissima: quid aliud magis seruo nobis ageretum est, qui in hoc honesto  
orio vivimus, nisi ut quam optime cognitus intellectusque nobis sit  
is sermo, quo olim uisus ipse Deus est, cum priscos ecclesia réctores  
suo dignatus est aliquo?* Dicendum aperte est: *Valde supine at-  
que vicitanter viximus: Hispanorum, Gallorum, & Italorum  
verba atque voces discimus; unam illam non intelligimus  
linguam, quam profecto unam didicisse opere erat pretium;  
quod si qui sunt, qui animum suum ad pulcherrimum hoc studium  
applicant, admodum id sit plerumque profundiorie.*

naculam didicisse linguam autor est QUINTILIANVS kk). Non igitur frustra in linguis quoque ordinis haberi rationem censemus. Duplici autem modo in sermonis instrutione ordinis obseruantia procedere potest; primum si cum ipsis scientiis illa comparetur, deinde si variarum linguarum ratione ordinis delectus habeatur. Consuetudo dura illa morum mater a linguarum studio primordia capessere, & harum cognitionem scientiarum culturae præponere iubet. Hanc tantum non omnes cœco agmine quasi de re sua certi sequuntur. Sed hi fere sunt, qui quantam in cultura ingenii momentum situm sit, quantamue ipsum iudicium ad sermonis formationem utilitatem conferat ignorant. Linguae sunt opus memorie, inquiunt, quæ quia in tenera ætate tenacissima est, a linguis exercitatio scholastica proficiere optime videtur. Concedimus: sed iudicium non officit, verum proficit memorie, & ipsa grammatica intellectus atque iudicij opem desiderat. Praefstat ideo naturalem veri amorem in teneris mentibus iucundissimarum rerum enarratione fouere potius, quam sterili literarum syllabarumque farragine alacritatem earum retundere. Quodsi linguarum ipsarum census ineatur, ab ebrea commodissime auspicio reliquarum incipi posse censemus. Est etenim hæc facilima, ætate prima, & maxime regularis quæ adeo annum ætatis vigesimum in iuvene exspectare non opus habet. Non potest non maximum rædium erga linguarum culturam pueritiae excitari, si per vitiosum saltum ad Romanorum amplissimam, & intricatam dialectum primo ordine ad-

D 3

ducitur.

kk) Verba eius L. I. Cap. I. hæc sunt: *A sermone græco puerum incipere malo: quia latinum, qui pluribus in usu est, vel nobis nolentibus imbibet: simul, quis disciplinis quoque græcis prius institutus est, unde & noſtre fluxerunt.*

XXX

ducitur. Vnde horror erga ebraeam linguam, quæ planissima? vnde timor iniuste difficultatis? si non ex eo proficiscitur, quod latinis scholis assuefacti iuuenes illius simplicitatem ex latina perplexitate metiantur. Facilius, & naturæ conuenientius' noui, & occidentalium populorum sermones ad ebraeum tanquam riuiuli ad fontem suum reuocantur, quam si præpostere fontem, qui plerumque exiguis admodum est, ex rivulorum diffusione iudicamus. Verum enim vero, quia quanta consuetudinis sit vis, plurimasque institutiones Ebraeæ linguae latino idiomate conscriptas esse non ignoramus, consilio huius exsequutionem difficultate sua labore ingenue agnoscimus.

§. XII.

*Studium  
Ebraeæ gram-  
maticæ com-  
mendatur.* Per vsum antiquissimæ gentis sermonem discere velle, neque consultum, neque possibile esse iudicamus. Diu iamiam haec lingua in mortuarum catalogo locum tenet, ille enim qui inter Iudeos viget ebraismus impurissimus, & ab origine sua limpidissima nimium quantum remorus est, ita vt ex conuersatione cum his biblicam dialectum assequi velle stultissimum sit. Præterea hanc methodum in ebraeis saltem literis sequi omnino dissuademus, quia linguae huius cognitionem non tam eo fine adquirimus, vt ea in sermone utramur; sed vt rite intelligere, atque interpretari sacras prioris codicis paginas valeamus. Quam ob rem ante omnia ebraismi studioso entendum est, vt accurata institutio grammatica adhibeatur, eademque de industria exacte perspecta reddatur. II) Non sufficit sacrarum tabularum cultori, mu-

tatio-

II) Quodsi in re evidenti quibusdam tamen dubia visa autoritatis, & testimoniis pugnandum sit, prodeant grauissimi Theologii. Agmen ducat magnus ipse LUTHERVS: Hic ingenue in ser-  
mon.

tationes vocum e paradigmatis perfunctorie percepisse;  
solidissime potius minimarum, quantum fieri potest variationum

*mon. Coniu. ita sibi proponit: Wen ich wiederum sollte die  
Hebräische Sprachen studiren, so wolte ich die besten Gram-  
maticos für mich nehmen, und lesen. Scriptura non potest intel-  
ligi Theologice nisi intelligatur grammatica. Sunt verba MELANCH-  
THONIS. Nihil sane grauius dici potuit, quam quod CHEMNITIUS  
pronuntiat: Non possumus esse custodes doctrinae diuinitus repur-  
gata, nisi grammaticam disceamus & amemus. Id quod Celeb.  
STOLLE IN SCALIGERO non ferendum putat in Histor. Erud. p. 76.  
scribens: (Dass er aber gemeint, non aliunde diffidia in Reli-  
gione pendere, quam ab ignoratione Grammaticae, das werden  
ihm wol wenig Theologi zu gut halten. Und kommt mir sca-  
liger hierin fast eben so vor wie ein gewisser Maltheanicus,  
welcher geurtheilt: Die Uneinigkeit grosser Herren rühr-  
te bloß daher, daß sie die Rechen-Kunst nicht verstanden.)  
ex ore summi CHEMNITII protectum inuenimus, hic enim L.L.  
Theol. Part. II. Neglectus grammatices, inquit, omnium errorum  
fons est. Et amissa vera grammatica statim amissa est lux purio-  
ris doctrinae, & cum nostro tempore restituere vera grammatica  
rursum restituta est puritas doctrinae. Consentit Doctiss. Anglus  
PRIDEAUX in Lect. de Cap. Relig. p. 185. Observarunt circumiecti,  
vix unquam heresin aliquam aut errorum exercuisse Ecclesiam,  
quoniam scriptura apicibus aut neglectis, aut perperam intellectis du-  
xit originem. Hisce adiungimus B. GEIERVM qui iudicat: Gram-  
matica cognitionem negligere velle ex quorundam placito esse na-  
rem permittere soli venis non curata pyxide nautica. Alio si-  
mili vtritur D. KOMCHI in fine Grammaticæ Ebrææ. Qui dicit  
legem & non dicit fundamenta grammatica est sicut arator, qui  
agit boves, & manus eius est sine baculo & stimulo. Denique au-  
diamus B. FRANCKIVM: Dabey ist diese Erinnerung nöthig,  
dass ihr die Collegia Fundamentalia in Graecis & Ebræis mit  
solchen Fleiss und Aufmerksamkeit zu halten, und auch ei-*

ne

## XXXII

tionum ratio indaganda, & per generalem analogiam singularium distinctarum notiones efformandas sunt. *Non inuidemus alii, qui varia diuersarum gentium dicendi idiomata sine grammaticis ambagiibus plene aſſecuros ſeſe eſſe gloriantrur, fortunam.* Altioris momenti noſtra lingua eſt, quam ut eam forte fortuna noſſe deceat. Diuina veritatis res agitur, ſi vel in puncto quodam ambigas, vel omnino a grammatica ſeu eritate recedas. Parua ſunt & minutiaſ ſepe accenſenda, ſine quibus maxima tamen conſiſtere nequeunt. mm) *Sine accurata grammatice notitia igitur legitima nulla interpretatio, nulla emphatium inuestigatio, nulla textus a barbarismis & ſolecis- mis vindicatio, nulla idiotismorum cognitio verſionumque diu- dicatio eſſe potest.* Breuibus ſine eximio buius orris admini- culo generales terminorum significatus, non ipsa lingua diſci- tur. Quemadmodum autem omnem linguarum institutio- nem quam breuiffimam eſſe oportet; non grammaticæ cenſemus diu immorandum. *Quis enim in atrio hærere mallet,*

---

ne jede Lection ſo zu repetiren habt, als ob ihr niimmer wie- der Gelegenheit darzu erlanget würdet, damit ihr nicht ſo leicht wieder vergeget, was ihr gehört, ſondern die Funda- menta vielmehr ſo fasset, daß ihr auch andere darin unter- richten könnet. Append. Id. Stud. Theol. p. 254.

mm) Optime GvſſETIVS in proleg. laudat: *Minutiae ſunt pars lingue, eademque ſepe intima, dumque maiora vocabula materiam cogita- tionum crassè ſepe exprimum, & cogitandi modum innuant, ad- ferunt acumen, ac vividum quidſperant, genuineque exhibent pa- themata animi: he relations rerum designant, he orationis ani- mes ſunt, & periodorum initium, proceſſum, ſinum, mutuosque nexus, ac periodarum ambitum dimicuntur ac indicant. Nonne fibule minutiae ſunt in horologiis, in reſulis ſacrum, earumque clauſtris, in ar- mis, veſiculis? Nonne minutiae ſunt in indumentis acicule, ligule, globuli? adeo ea, fors minutiarum eſt, vt ſint magni in rebus momenti.*

inallet, cum in penetralia pertingendum sit? *nn)* siccum & ieiunum grammatica studium est, nisi ad usum & lectionem sacri codicis processio fiat, in primis cum ex ipsa lectione optima grammaticorum preceptorum confirmatio petenda sit.

## §. XIII.

Lectionem autem Ebraei codicis sacri ipsam non promiscue suscipiendam esse omnes rati sunt, qui hac de re iudicare possunt. Diuersus in diuersis eius partibus stilus est, aliae faciliores, aliae difficiliores sunt, aliae piano dicendi generi fluunt; aliae sublimi & elegantissimo adscendunt; aliae fecunditate singulari & copia vocabulorum sese commendant; aliae ob neruosam & emphaticam dictiōne insignes sunt. Ordiantur ideo Tyrones a facilissimis libris, quales sunt historici fere omnes praesertim ii, quos prophetas priores appellandi mos est. Hos excipiat Psalmorum lectio ob singulares in dicendo diuitias, & qui e prophetis maxime perspicui sunt. Denique ad difficiliores partes Iobum & reliquas aditus patebit. Praeterea antem in ipsa sacrum texum legendi methodo notabile sese offert discrimen. Alia est accurata, alia cursoria vocatur, in hac maior festinatio, in illa singularis rerum verborumque consideratio obseruat. Hæc soli vocabulorum significatiū perspicio inveniunt, illa verborum superficiali versione non contenta e

E vocum

*Lectio S. codicis qua ratione inservienda?*

*nn)* Duo plerumque hic calcantur aua, quæ ideo Doctiss. WOLFIUS sedulo evitare monet: *Rebus suis parum consulere existimandi sunt, qui in Grammatica tanquam in atrio lingue nimis diu herent, ad cuius penetralia maturo usu, & lectione felicius pertingere poterant. Ad quæ tamen nec illi perueniunt, qui limen saltu quasi superaturi in ipso limine offendunt, & extra grammaticam sapere sibi posse videntur.* Biblioth. Ebr. P. II. p. 621.

## XXXIV

vocum adcuratori examine amphases eruit, ipsisque rebus lucem assundere nititur. Tertium denique quoddam fontem ebræum prælegendi genus commemorari potest, quod, quia spuriū omnino, & parum vtile est, miraberis, sere solū in scholis bene multis viguisse. Eius iure pauca commata integrum ſepe anni ſpatium ſibi vindicant, & quo lenius proceſſum, (retardato nempe progreſſu ſutilibus minatiarum diquifitionibus, variisque interpretum ſententiis cumulatis) eo melius viſum fuit. Qua quidem ratione vana eruditio criticæ oſtentatio inuenit, vbi ſeſe diffundere potest, calami imprudentum auditorum in excipiendis contrariorum interpretum opinionibus defatigantur, ſed neque Ebraismi culturæ, neque veritatum diuinarum dilucidationi, neque vero auditorum commodo proſpicitur. Eſtne hoc innutrire ſacris verbis, quotquot ad ſacra docendum aliquando admouendi ſunt? Arcentur potius hoc modo ſ. literarum studioſi a fonte, & ad riuos humanarum cogitationum lutulentos deducuntur. Loco ſucculentæ scripturæ per ſcriputram explicationis ſterilis methodus ad verba diuina ieuias hominum opinioneſ colligendi fouetur. Inter ſingulares ideo noſtræ ætatis felicitates referimus, quod in ſuperioribus ſcholis integrum codicem ſacrum in fonte perlegendi detur facultas, ex hac enim festinante lectione inſigne tam linguae quam ipſi ſtudio theologico emolumentum accedit. *oꝝ*)

§. XIV.

*oꝝ) Quod beneficium studioſa iuuentus præſertim debet venerandis & B. Patribus Halienib⁹ conf. Laudata Appendix Id. Stud. Theol. pag. 255. hinc γνησιος horum RAMBACHIVS ad Cl. Dn. NEV-BAVERVM ita olim, cum hic Giſſam euocaretur, perſcribebat: Das vornehmſte wird darauf ankommen, daß ſie more Hal- lensi*

## §. XIV.

Quanta facilitas in linguis discendis efficiatur per cre-  
bram, atque constantem lectionem supra a nobis iam osten-  
sum est, & ii satis norunt, qui molestissimum atque diutur-  
num laborem vocibus e lexico comparandis impendi neces-  
sariori experti sunt. Etsi igitur in eo præcipua lectionis  
cursoriae sita fit utilitas, caendum tamen est omnibus, qui  
hoc subsidio in lingue sanctæ studio vruntur maxime, ne res  
sacras verbis tanquam cortice inclusas omnino negligant.  
Nihil enim frequentius, quam ut cortici nimium in-  
tenti nucleus contemnant, vel parum curæ cordique es-  
se sibi patiantur. Quemadmodum autem hicce neglectus  
summam flultiræ vim, quæ a vesania parum abest, declarat;  
ita nihil indignius sanctissimo verbo diuino cogitari potest,  
quam eiusmodi illud legendi ratio. Quis filius litteras a  
patre dilectissimo acceptas tam frigido animo perlegit, vt  
non nisi litterarum ductus consideret, vocabula, eorum stru-  
eturam, atque coordinationem examinet, & varias in scriben-  
di genere vel virtutes admiretur, vel vitia animaduertat.  
Vnicae porius inquirit adfectum, ex quo verba epistolæ  
funduntur, atque res in eadem perscriptas summa attentio-  
ne respicit. Praeterea rerum accurata consideratio ipsum  
memoriae officium in tenendis vocium significatibus mirum  
quantum subleuat, atque promouet. Id igitur arbitrör ap-  
prime hac in re vtile fore, vt sectio publicæ recitationi de-  
stinata in versione quadam fontem exæste reddente perlega-  
tur, singulis commitatibus immorando, & cogitationem ad-

lensi die Jugend fein in die fontes führen. Durch collegia  
Ebraica und Graeca cursoria, daran es bisher hier ziemlich ge-  
fehlet. Corst. Hessische Heb. Opfer Part. 20. p. 949.

XXXVI

fanētam lingam conuertendo cum tacito scrutinio, quānam verba eius huic vel illi rei conueniant. Eo enim modo rerum nexus perspecto minorem in verborum interpretatione experiemur difficultatem, deinde eo magis acuitur attentio, sicubi difficultates occurrere coniicimus. Non vero opus est, vt hanc lectionem sacri codicis festinarem quibusuis minutis retardari patiamur; ea enim quae vel grammaticę, vel philologice nondum satis perspecta omittuntur, vsus & frequens eiusdem lectio restitut, ita vt omnes sensim tenebræ dispellantur. Voces in primis sēmel aut raro saltēm occurrentes, quia memoria facile excidunt, in margine annotari maxime conducit, neque p̄cūnītēbit posteriora cuiusdam pensi verba in vocabulorum indice repetitionis loco s̄p̄ius memoria recolere, vt eo firmius inhārere possint ea pr̄fertim, quorum cognitione nos vsque dum destitui sentimus.

§. XV.

Etsi igitur commendari hec sacri fontis lectio satis nequeat; duo tamen pr̄terea sunt, quibus meo iure studiosi φιλεβρων sibi suisque rebus maxime consilient, primo sine que ad has acroases citius iusto properare, neque deinde in iis solis subsistere decernant. Quid, si quis omni grammatico apparatu substitut e scholis ad academiam accedat, proficiet? cum festinare, & volare quasi constitut, vbi lente procedendum sit. *Male cuncta ministrat impetus.* Tedium non deleatione perfunditur animus, quem si in literarum ad syllabas collectione adhuc hæsitatione plenus est, integras voces transflire oppert. Tā ἀνέβος ἐπειδὴν ideo cum grammatica institutione exercitium analyticum coniungendum esse reor, vt ea ratione pronuntiatio linguae reddatur promtior, & notissimorum saltēm terminorum cogniti-

cognitio eorumque flexionis frequentissima ratio obtineatur, sic enim bene discaleato demum ducem accelerato cursu euolantem persequi licebit. Deinde philologiae sacrae studiosum superficiali & deproperata eiusmodi sacri libri tractatione contentum esse non decere censemus. Ad accuratam potius lectionem pergendum erit. Per hanc enim solam ad interiora sacrae philologiae adyta adducimur, emphasis erudiendis affuecscimus, & qua ratione stilos sanctorum virorum ab omni labo, quam adspergere conantur eidem audaces critici, vindicari debeat docemur. Cum igitur ad hanc rem reliquarum orientis linguarum cognitio quoque apprime faciat, in iis hospitem plane esse pudori æque dicitur, ac cum maximo detimento coniunctum est. pp.) Quemadmodum vero cuiusliber studii limites pro ratione status nostri externi, ingenii virium, & finis, quem præfixum tenemus, circumspæcte constituendi sunt; ita in commendatione studii orientalis, quod quam late patet neminem fugit, selectum ingeniorum habendum sedulo esse, res ipsa docet. Non enim cuius talem Corinthum adire licet, neque omnis eius culturam e re sua esse ducere

E 3 pos-

pp) *Ieiunum enim ac vile videtur argumentum, quo vtitur GVSSETVS in proleg. contra harum linguarum ad Ebraismi culturam utilitatem: Se non credere Deum, ut a populo suo nobisque intelligeretur, onerare nos tot linguis distendis voluisse. Illam marrem esse harum, neque ab his verba vocesque defumisse, aut fari didisse. Nihil enim frequentius, quam vt matris indolem atque formam ex filiae facie moribusque iudicemus, quia haec illi raro absimilis invenitur. Deus non populo suo onus ininxit, vt peregrinos sermones ad vernaculum intelligendum perdiscant, sed nobis hoc beneficium ad cognitionem verbi sui accuratam benignissime offert.*

XXXVIII

possunt. Quam ob rem consiliis virorum prudentia eximia, & paterno erga nos affectu præditorum obsequi hic nunc quam pigeat.

§. XVI.

*Conclusio.*

Hæc sunt, *Auditores Optimi!* quibus vos breviter compellare visum fuit. Disputatione de lingua græca supersedeo, tum quia plura dicendo Vobis molestum fore vereor, tum quia meam, qualiscunque sit, operam commodare in hac huc usque per eos, quos philosophiæ & Mathefeos partibus vobiscum confecraui, labores haud licuit. Pergite nunc, *Committones exoptatissimi!* ad sacrum fontem cum letitia festinare. Nulla difficultas, quæ, ut vidistis huc vsque, leuis & fere nulla est, cursum vestrum retardet. Non præaudi ciis, vel aliorum facordiæ exemplis solidam huius sanctissimi sermonis cognitionem impediri patiamini. Ponite fundamenta, his superstruite, & in ipsa codicis tractatione tanquam dignos oraculorum summi numinis scrutatores vos gerite; probe memores eorum quoque operam, qui linguarum studio scenum stipulamue imponunt, olim peritaram esse, cum hæc igne illo exploratorio consumentur. Aurum sinceræ fidei potius, argentumue obedientiæ cum diligentia vestra linguae huic dicata coemite. Quod reliquum est, nostris conatibus fauere, nostrumque Vobis inferuendi studium vestro fauore excitare ne desinatis. Dab. e Museo

1739. d. 20. Decembr.



Te 2608

ULB Halle  
003 904 288


3




82

Retw ✓

HC



**Farbkarte #13**



B.I.G.

Black

DE  
OPTIMA METHODO  
LINGVAS IN PRIMIS SANCTAM  
DISCENDI

COMMENTATIO ACADEMICA

AD AVDITORES

AVCTORE


M. GODOFREDO PROFE

FRANCO FVRTANO

AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINI

IN REGIA FRIDERICIANA

ADIVNCTO.



HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
LITTERIS HENDELIANIS.

